

Ordinis & Potestatis Episcopalis per deputationem ad collationem Ordinum, qui gradu remotiori distat ab Episcopo. III. quia non constat, quod vel uni S. Pontifex similem commissionem aut privilegium conceperit: cum tamen non defuisset occasio vel ratio concedendi, præsertim Cardinalibus Diacanis, qui, licet ratione dignitatis supra Episcopos & Archi-Episcopos sint elevati, Minores tamen Ordines conferre nequeunt.

129 Dices: antiquitus etiam Laicos sibi metipsis Primam Tonfuram per absolutionem capillorum contulisse, quando vel ad Religionem, vel ad Statum Clericalem aspirabant, ut refert ex Gregorio Turonensi & nostro Maillonio Clericatus *cit. l. n. 9.*

130 Resp. Tonfuram illam non fuisse Clericalem & immediatè dispositivam ad Ordines recipiendos, sed materialem duntaxat, qualem hodieum privatus quisque in suo capillitio facere potest, absque eo, quod Clericus efficiatur, aut privilegium Clericorum gaudeat. Solebant autem crines sibi met amputare, qui ad Statum Clericalem aut Regularem accedere volebant, ut exterius ostenderent fervorem Spiritus, quem intus in corde fovebant.

131 Instabis: Diacono non deesse Minores Ordines; adeoque, si ad eodem Ordines, aliis conferendis, assumatur à Papa, non deesse ipsi Potestatem Ordinis, quæ memoratos Ordines aliis dispensat.

## § II.

*Possitne simplex Sacerdos ex indulto Pontificio habitari ad conferendum Ordinem Subdiaconatus, vel Diaconatus?*

136 Invenio hic triplicem opinionem. I. tale indultum Pontificium admittit quoad Subdiaconatum & Diaconatum. Ita Glossa in *cap. manus de Consecrat. Dist. 5.* Panormitan. in *cap. quanto de Consecrat. n. 9.* Innocent. in *cap. aqua de Consecrat. Eccles. vel Alt. n. 9.* Cardinalis de Laurea de *Sacram. Ord. dist. 8. num. 23.* quem citat, & sequitur Clericat. *Errorem. Eccles. cap. 128. n. 71.* Tamburin. de *Fure Abbas. 10. 2. dist. 2. q. 5. & 6.* P. Engel ad *rit. de Tempor. Ordinam. n. 12.* Clariss. P. Schmalzgr. *ibid. sub n. 35.* Clariss. P. Wex in *Epitome de Pralat. Regul. p. 2. contr. 2. per tot.* Clariss. P. Guetrather *Inff. 137 Fur. Can. libr. 1. tit. 24. n. 10.* II. idem indultum quoad Sub- & Diaconatum reputat impossibile. Zoëlius ad *cit. tit. n. 7.* Sylvester in *Verb. Ord. 3. q. 7.* Covarruv. *Var. resol. lib. 1. cap. 10. num. 10.* Laymann *Theol. Moral. lib. 5. tit. 9. cap. 9. n. 3.* quibus aperte favet autoritas Doctoris Angelici in *4. sent. dist. 25. q. 1. art. 1. ad 3.* apud Clericatum de *Sacram. Ord. decis. 16.*

138 III. indultum hoc de Subdiaconatu possibile, de Diaconatu judicat impossibile. Salmanticensis in *tr. de Sacram. Ord. cap. 4. num. 28.* quos sequitur Clericatus *d. l. num. 17. & 21.*

139 Ego cum primis vexilla confero, atque indultum Pontificium quoad Sub- & Diaconatum

Resp. in *num. 126.* jam fuisse subindicatum, 132 quam ob rem hujusmodi assumptio Papalis nequeat habere locum: deficit nempe Diacono, seu remotè nimis ab Episcopis distant, Potestas in Corpus Christi verum: ut adeo nequeat eveli per commissionem Pontificis ad exercendam Potestatem in Corpus Christi mysticum, & Ordines fidelibus dispensandos.

Urgebis: non transgredere limites Potestatis Pontificia, ut Episcopus ab uno solum Episcopo & duobus Abbatibus consecratur, prout in *tr. de Mod. acquir. Pralat. cap. 1. à n. 560.* conclusum habetur: adeoque limites ejusdem Potestatis non excedere, ut Minorista ordinetur à Diacono.

Resp. ex Divina institutione ad consecrandum Episcopum non requiri tres Episcopos, sed unum sufficere; neque Abbates, quia illud in locum Episcoporum substituitur, munus consecrationis, sed solum assistentiæ peragere: unde nil implicat, quin peculiari dispositione Pontificis Episcopus ab uno Episcopo, in præsentia & assistentia duorum Abbatum, consecratur. At Episcopus ex 135 Divina Ordinatione constitutus est Minister Ordinum, æquè Minorum ac Majorum: hinc Pontifex non potest alium efficere Ministrum, qui longius ab Episcopali gradu remotus, necdum Potestatem in Corpus Christi Domini per characteris Sacerdotalis participationem accipit.

tum defendo I. quia Concilium Florentinum, dum in *decreto Eugenii 4. sextum* de Sacramento Ordinis agit, decernit, Ordinis Sacramenti Episcopum esse Ministrum Ordinarium. Agnovit itaque, ejusdem Sacramenti Ministrum extraordinarium dari; nec alium sanè, quam Sacerdotem, velut gradu & potestate Episcopo proximum; nec tantum quoad Ordines Minores, sed etiam quoad Majores, utpote cum indefinitè loquatur. II. quia S. Pontifex, non obstante, quod Episcopus sit Ordinarium Minister Sacramenti Confirmationis juxta Concil. Trident. *sess. 7. can. 3.* simpliciter Presbytero facultatem administrandi Sacramentum Confirmationis indulgere potest, veluti monstrabimus infra. Ergo etiam simpliciter Presbytero facultatem administrandi Sacramentum Ordinis, quoad Diaconatum & Subdiaconatum, indulgere potest. III. 142 quia Authores, omni exceptione majores, perhibent, ab Innocentio VIII. concessum fuisse privilegium Generali Ordinis Cisterciensis & quatuor Co-Abbatibus ejusdem S. Ordinis, quod suis Monachis Sub- & Diaconatum conferre valeant; nominatim Illustriss. Caramuel *Comment. in Reg. S. Bened. dist. 129. n. 1626.* Tamburinus de *J. A. 10. 2. dist. 2. q. 5. inf. Suarez 1. 4. de Relig. tr. 8. lib. 2. cap. 29.*

Card.

Card. de Laurea apud *cit. Clericatum num. 24.* P. Wex *cit. p. 2. contr. 2. n. 28.* & apud hunc 142 alii. Consimile privilegium per Summos Pontifices Prælatibus Franciscanis in India concessum esse, ex probatis Authoribus refert idem Clericat. *n. 25.* Eapropter dubitandum haud est, quin S. Pontifex pro sua plenitudine potestatis tale privilegium concedere possit: nec est (verba sunt D. Anselmi de *Incarnat. Verbi cap. 2.*) cur probus & prudens Theologus immittat coronam ad venturandam; quæ Pontificis concessur.

143 Oppones: commissio Papalis, quæ simpliciter Sacerdoti datur Potestas, ordinandi Subvel Diaconum, vel est actus Jurisdictionis vel est actus Ordinis? At neutrum verificatur. Non primum: nam Jurisdictio Pontificia non extenditur ad Corpus Christi naturale, & ea, quæ habent immediatam relationem ad illud, sed tantum ad Corpus Christi mysticum, quod est populus Christianus.

## § III.

*Possitne simplex Sacerdos ex delegatione Pontificia etiam Sacerdotium conferre?*

148 Ita non pauci docuerunt, inter quos præcellunt *cit. Glossa in cap. manus quoad de Consecrat. Dist. 5.* Panormitanus in *cap. quanto de Consecrat. n. 9.* Innocentius, & alii, quos citant Clericat. *d. decis. 16. n. 33. & seqq. & P. Wex 149 cit. p. 2. contr. 2. n. 12.* Facit pro his I. quia Concilium Florentinum juxta *num. 139.* indefinitè decernit, Episcopum esse Ministrum Ordinarium Sacramenti Ordinis; consequenter etiam indistinctè admittit, Sacerdotem posse Ministrum extraordinarium agere Sacramenti Ordinis. II. quia Sacerdos ex nostra sententia delegari potest ad dispensandum Sub- & Diaconatum, quantumvis uterque sit Ordo sacer, & posterior valde propinquus sit Altaris ministerio.

151 III. quia non extat ullus canon aut constitutio, quæ similis delegatio Christi in terris Vicario Generali, Romano Pontifici, reperitur adempta.

152 Nos autem non sic; sed cum Salmanticensibus de *Sacram. Ord. cap. 4. n. 25.* Palao *Oper. Moral. p. 14. n. 10.* Engel ad *rit. de Temporib. Ordinam. num. 12.* Wex *cit. l. num. 15. & seqq.* Clariss. P. Schmalzgrueber ad *cit. tit. num. 55.* aliusve, quos adducit & sequitur Clericatus *ubi supra n. 35.* implicantiam in tali commissioe agnoscimus.

153 Ratio est I. quia non constat de unico exemplo, quod S. Pontifex hæc Potestate aliquando fuerit usus; cum tamen occasio utendi procul dubio non defuisset, præsertim in partibus Indie.

154 II. quia Potestas Sacerdotalis tam quoad Corpus Christi verum, quam quoad Corpus mysticum, est tanta & tam excellens, ut planè credibile sit, Christum Dominum ad illius collationem specialem Ministrum pro omni eventu destinasse.

155 III. quia Concil. Tridentin. in *sess. 23. de Sacramento Ord. can. 7.* anathemate percussit omnes, qui asserere non formi-

Non secundum: quia commissio S. Pontificis, quæ nihil intrinsecè operatur in anima, non auget Ordinem Sacerdotalem, cujus est, consecrare idem verum & naturale Corpus Christi.

Resp. hoc argumentum omnibus esse solvendum, qui cum nostra & certa sententia tenent, ex commissione S. Pontificis etiam simpliciter Sacerdoti facultatem dispensandi Minores Ordines posse competere. Solvitur autem sequenti responsione, quod commissio Papalis sit partim actus Jurisdictionis, partim actus Ordinis.

145 *Actus Jurisdictionis* idè quia simplex Sacerdos caret omni Jurisdictione, ad licitam saltem Ordinationem necessariam. *Actus Ordinis* verò, quia characterem Sacerdotalem, qui continet eminentè omnem Potestatem Ordinum inferiorum, elevat & extendit, ad Ordines illis consuecandos; quemadmodum amat fieri in commissione de conferendis Ordinibus Minoribus.

147 *Actus Jurisdictionis* idè, quia characterem Sacerdotalem, qui continet eminentè omnem Potestatem Ordinum inferiorum, elevat & extendit, ad Ordines illis consuecandos; quemadmodum amat fieri in commissione de conferendis Ordinibus Minoribus.

Neque respondeas, adhuc superesse differentiam inter Potestatem Episcopalem & Sacerdotalem: tum quia Potestas ordinandi competit Episcopis ex jure proprio, Sacerdotibus autem ex jure delegato: tum quia Episcopo reservatur Potestas, creandi alios Episcopos; Sacerdoti verò solummodò licentia conceditur, Sacerdotes inaugurandi.

157 Resp. enim nec unam nec alteram differentiam, ad salvandum canonem Trid. Concilii, habilem & idoneam esse. Quod enim Potestas Episcopalis non communis, sed eminentior ac major sit Sacerdotali, de intrinseca Potestate, non autem extrinseca venit intelligendum: at major non foret intrinsecè, si character Sacerdotalis æquè posset elevari ad Sacerdotium conferendum, ac character Episcopalis.

158 Quod præterea Episcopo referatur Potestas, creandi alios Episcopos, difficultatem non absorbet: quæri etenim, & instari potest, cur Sacerdos ex delegatione Pontificia sublimari valeat ad impertiendum Sacerdotium, non autem ad Episcopatum? Profectò disparitas non erit tam patula vel solida, ut novà rursus instantia premi vel everti non possit.

159 Quæ posita sunt ex adverso latere, non stringunt. I. enim Concilium Florentinum non gratis Episcopum pro Ordinarium Ministrum Sacramenti Ordinis deputavit: ostendere namque voluit, dari sine dubio Ministrum extraordinarium hujus Sacramenti, non quidem indistinctè, & in tota latitudine, sed quoad Ordines

160nes Minores, item Sub- & Diaconatum. Presbyteratus autem vel ex eo capite non potest includi censeri: quia, dum propter supereminentiam specialem Ministrum ex n. 154. exigit, specialem quoque mentionem desiderat. 161 III. assignatur ingens discrimen inter Sacerdotium & reliquos Ordines sacros inferiores: nam Sacerdotium immediatè tribuit Potestatem illam, plusquam Angelicam, in Corpus Christi verum & mysticum; reliqui Ordines contra solum tribuunt Potestatem ministrandi Sacerdoti, dum Sacratissimum Christi Cor-

pus & Sanguinem in tremendo Missæ Sacrificio conficit. Ergo convenit, ut Sacerdotium habeat alium & altiorem Ministrum, quam ceteri Ordines inferiores. III non est 162 necesse, ut extet ullus canon aut constitutio, quæ similis delegatio Christi in terris Vicario Generali reperitur adempta; quin potius à contrario necessum foret, ut extaret canon aut constitutio, quæ delegatio tam insolita & excelsa Romano Pontifici nominatim concessa fuisset: nam aliunde, quæ sunt inconcussa, non præsumuntur.

§. IV.

Quos alios actus Ordinis simplex Sacerdos exercere possit?

163 Sacerdotem simplicem posse omnes actus Sacerdotii & reliquorum Ordinum inferiorum exercere, in confesso est. Similiter, quod illas Consecrationes, quæ faciunt aliis Episcopi, non ex Jure Divino, sed institutione Ecclesiæ, puta Consecrationem Altarium, calcem, parinarum &c. non posse exercere ex jure proprio, sed tantum ex delegatione Sedis Apostolicæ, quæ raro conceditur, extra controversiam est, ut scribit Clericat. de Sacrif. Missa decis. 13. n. 26.

165 Dubitabis autem I. an Potestas Confirmandi à Romano Pontifice simplici Sacerdoti possit delegari?

Resp. contra Durandum cum omnibus ferè Theologis & Canonistis affirmativè. Barbosa de Offic. & pot. Ep. alleg. 30. n. 2. Pignat. to. 6. consil. 11. n. 3. & 5. Pax Jordan Elucubr. Div. lib. 3. tit. 2. n. 8. Clericat. de Sacram. Confirmat. decis. 58. n. 3. & seqq. Sic enim jam pridem exemplè sub docuit Magnus Gregorius in cap. pervenit 1. Dist. 95. & confirmavit tam Concilium Florentinum in Decreto Eugenii §. secundum, asserens, per Sedis Apostolicæ dispensationem, ex rationabili & urgente causa, Sacramentum Confirmationis à simplici Sacerdote fuisse administratum; quam Tridentinum, quod, cum in sess. 7. can. 3. de Sacramento Confirmationis definiat, illius Ordinarium Ministrum esse Episcopum, tacitè suggerit, Sacerdotem alium esse Ministrum extraordinarium.

Equidem in cap. quanto 4. de Consuet. reprobatu consuetudo, vi cuius Sacramentum Confirmationis à simplicibus Sacerdotibus administratur. Sed minimè hinc eruitur, 163 privilegium quoque vel delegationem S. Pontificis reprobari: notorium quippe est, longè plura per privilegium, quam per consuetudinem licere posse.

Dubitabis II. an Potestas conficiendi chrysmata, quod confirmandus inungitur, simplici Sacerdoti à S. Pontifice delegari valeat?

Diversa semita hic incedunt Aa. Negativam si frequentiori calculo receptam, testatur P. Wiestner ad tit. de Sacra. Unct. n. 13. quæ ex Decreto Concilii Florentini cit. §. secundum materia Confirmationis est chrysmata, consecutum ex oleo & balsamo, ab Episcopo benedictum. Sed 170 affirmativam ab omnibus ferè Scholasticis, & præcipuè Scotisticis, teneri, testis est Clericat. cit. l. decis. 54. n. 11. quia, sicut administratio Sacramenti, sic etiam consecutio materie tribuitur Episcopis, tanquam Ministris Ordinariis; nec excluditur Sacerdos simplex, velut Minister extraordinarius. Utramque sententiam adeò dubiè censuit P. Wiestner n. 14. ut noluerit pendere suum iudicium, sed illud suspenderit, & Apostolicæ Sedi submisit. Si tamen in re, necdum à S. Pontifice decisum, 171 liceat aperire sensum & sententiam meam, sanè præpæcet affirmativa; licet utique vix speranda sit talis delegatio: si quidem à tot retroactis sæculis facta nullibi reperitur.

CAPUT III.

De Subjecto, in quod Potestas Ordinis exercetur.

Subjectum in quod, vel objectum circa quod exercetur & occupatur Potestas Ordinis, partim sunt personæ, partim res. Et quidem Potestas ordinativa & confirmativa solummodo pro objecto vel subjecto in quod agnoscit personam; Potestas autem consecrativa tam personam quam res admittit;

SECTIO I. De Qualitatibus Ordinandorum.

SUMMARIA.

1. & seqq. Aetas Ordinandorum præficiuntur. 8. Sufficit annorum inchoatio. 9. & seqq. Non sufficit moralis completio. 12. & seqq. Notabilis doctrina de anno bissextili. 14. In Regularibus eadem desideratur aetas. 15. Dubitans de aetate, tenetur ab Ordinibus abstinere. 16. & seqq. Agitur de Ordinatis ante rationis usum. 20. & seqq. Agitur de Ordinatione amentis. 23. & seqq. Fœmina de Jure Divino sunt incapaces Ordinum. 28. & seqq. Quadam opposita remouentur. 36. & seqq. Hermaphroditus habe-

sur pro irregulari. 38. & seqq. Determinatur Ordinandorum scientia. 41. & seqq. Disquiruntur, an & quomodo dispensari possit in scientia? 44. & seqq. Illiteratus non est propriè irregularis. 48. & seqq. Assignatur recta intentio Ordinandorum. 51. & seqq. Attingitur Ordinatio, ex metu facta. 54. Requiritur in ordinando baptizatus. 55. Non agitur Catholica fides. 56. & seq. Requiritur Confirmatio. 58. Castitas. 59. & seq. Integritas vitæ & existimationis.

§. I.

De Aetate Ordinandorum.

- 1 Prima qualitas in personis Ordinandis est Aetas. Ubi sciendum, nec hodie nec antiquitus Primam Tonuram ante septennium completum, quò rationis usus illucescere præsumitur, conferri potuisse cap. ult. de Temporib. Ordinat. in 6. Roma Rom. in rec. p. 4. tom. 2. decis. 403. n. 15. Ordines Minores certam ætatem non desiderant, si modò cæteræ qualitates, præsertim scientia, ad eos Ordines requisita, habeatur. Clericat. de Sacram. Ord. decis. 40. n. 14. Ordines Majores olim ætatem aliam, quam nunc, postulabant: debebant enim Subdiaconi vel in 20. anno esse constituti cap. Subdiaconus 4. Dist. 77. vel in 18. 4. juxta Clem. ult. de Aetate & qualitat. præficiend. In Diaconis erat præscriptus annus 25. cap. in veteri 7. cit. Dist. 77. & in cit. Clem. ult. erat de terminatus annus 20. In Sacerdotibus requirebatur annus 30. cap. si quis triginta 1. cap. nemo 2. cap. presbyter 4. cap. ult. Dist. 78. postea annus 25. sufficiebat. In Episcopis aetas 30. annorum semper videbatur sufficiens cap. cum in cunctis 7. in pr. de Elect. uti declaratum in tract. de Mod. acquir. Prælat. cap. 1. n. 179.

7. At Tridentinum Concilium in sess. 23. de ref. cap. 12. notabilem mutationem fecit, ac disposuit, ut nullus imposterum ad Subdiaconatus Ordinem ante vigesimum secundum, ad Diaconatus ante vigesimum tertium, ad Presbyteratus ante vigesimum quintum ætatis sua annuum promoveretur. 8. Recepissimam tamen sententiam non desiderat, ut anni memorati sint completi, sed eorum inchoatio contenta est. Clariss. P. Schmalzgrueber ad tit. de Temporib. Ord. n. 27. Quin etiam Clericatus cit. l. num. 16. cum Salmanticens. de Sacram. Ord. cap. 5. n. 31. sufficere credit, ut v. g. in Sabbato 4. temporè ordinandus de mane in Sacerdotem, vespere completum annum 24. tum, quasi nempe in hac materia, tanquam favorabili, dies ultimus inceptus pro completo reputetur. Sed nolim huic placito ad stipulari: quandoquidem ad mentem Concilii Tridentini sine dubio ante annum 25. censetur ordinatus, qui necdum at-

tigit annum 25. At qui ordinatur de mane, & vespere completum annum 24. necdum attingit annum 25. Ergo &c. Ita securior & certior sententia, de qua videri potest Gobat Theolog. experim. tract. 8. à num. 121. Unde positum axioma, quod dies ultimus captus pro completo reputetur, solum applicari potest, quando in materia favorabili certus annus requiritur completus: at quando tantum requiritur, ut annus unus sit completus, sed etiam, ut alius sit inchoatus, utique dies ultimus anterioris anni licet sit captus, non facit, ut annus posterior dicatur inchoatus. Ergo &c.

Notabile quoque videtur, quod scribit P. 12 Reiffenfel ad tit. de Tempor. Ordinat. num. 64. ab Anno Domini 1700. usque ad annum 25. hujus sæculi ultra annum 24. in Sacerdote semper addendum esse unum diem, ex ea ratione: quia dies bissextilis, qui alias singulis quadrienniis (ad complendas sex horas, quæ de 365. diebus quotannis manent residuæ) intercalari solet, memoratò anno 1700. juxta regulas Correctionis Romani Calendarii non fuit intercalatus, adeoque supplendus restat, prout in simili à S. Congreg. decisum reteret Fagnanus in cap. ad nostram de Regular. n. 24.

Atque hæc aetas tam in personis Sæcularibus quam Regularibus est necessaria; non obstante quocunque privilegio, ante Concilium Tridentinum obtentò: siquidem in eod. Concilio d. sess. 23. cap. 12. expressè sancitur: Regulares quoque nec in minore aetate, nec suò diligenti examine ordinentur, privilegio quibuscunque quoad hoc penitus exclusis. Clericat. cit. decis. n. 18. Gobat cit. l. n. 514.

Dubitanti, an impleverit ætatem Canoniceam? ab Ordinum susceptione abstinendum esse, consultit Clariss. P. Schmalzgrueber cit. l. quia præceptum de non suscipiendis Ordinibus ante legitimam ætatem est in possessione, ac certum; adeoque vincit dubium, & impedit Ordinationem.

Quæres: quid sentiendum de puero, qui re-

recepti Ordines Majores vel Minores antequam rationis, an valide conceatur ordinatus?

Resp. contra Durandum affirmativè. Ita cum S. Thoma Salmanticensi. *cit. cap. 5. n. 23. Clariff. P. Wiestner ad tit. de Temporib. Ordinatum. 17. sub num. 5. 1. Clericatus. cit. decif. 40. n. 20.* Colligitur ex *cap. un. de Clerico per saltum promotio*, ubi Sacerdos, qui ante discretionis annos receperat Ordines Minores, & postea, omisso Diaconatu, Sacerdotiù initiatus erat, solum 18. Diaconatum repetere jubetur. Ratio est: quia Baptismus & Confirmatio, cum imprimant characterem, non efflagitant in baptizando vel confirmando rationis usum, & actum voluntatis: eò quòd actum aliquem ex parte recipientis non exposcant, sed potentiam duntaxat, ad recipiendum characterem. Ergo nec Ordo in ordinando rationis usum & actum voluntatis efflagitat: nam & Ordo solum potentiam, ad recipiendum characterem, non autem actum aliquem ex parte ordinandi, postulat. Et licet ordinans ad validam Ordinationem debeat intentionem habere:

ordinandus tamen, qui necdum excessit infantiam, absque intentione validè potest ordinari: ille siquidem habet rationem agentis; hic munus patientis sustinet: plus autem, cæteris paribus, requiritur ad agendum, quam ad patiendum.

De amente idem concedit *cit. P. Wiestner num. 57.* & Clariff. P. Schmalzgrueber ad *cit. tit. de Tempor. Ord. sub n. 26.* quando rationis usum nunquam accepit, aut, habita rationis usura, Ordines postulavit *cap. majores 3. §. item queritur de Baptismo. Similiter. 21. ubi: tunc ergo Characterem Sacramentalis imprimis operatio, cum obicem voluntatis contraria non invenit obstitentem.* At quando protestatus est 22. contra susceptionem Ordinum, ex horum DD. sententia ordinatur invalidè, quia Sacramenta, quæ necessitatis non sunt, sed voluntatis, repelluntur, si non fuerint postulata tempore, quò liberè postulari poterant.

§. II.

De Sexu Ordinandorum.

23. **A**ltera qualitas Ordinandorum est sexus masculinus: fœminas enim Jure Divinò Ordinum incapaces esse, nec validè ordinari posse, Theologi & Canonistæ Orthodoxi tradunt uno calamo. Salmanticensi. *cit. cap. 5. à num. 6.* Layman. *libel. Moral. tract. 9. cap. 6. num. 2.* Clericatus sæpe *cit. decif. 40. à num. 7. P. Engel de Tempor. Ordinatum. num. 23.* Magnif. P. König *ibid. n. 8.* Clariff. P. Schmalzgrueber 24. *ad. tit. n. 22.* Deducitur I. ex institutione & exemplo Christi, qui Potestatem Ordinis solummodò viris concessit, ac non tantum cæteras fœminas, sanguine sibi conjunctas, sed etiam Virginem Matrem ejusdem Potestatis voluit expertem *cap. nova 10. de Pœnitent. 25. remission.* Deducitur II. ex doctrina Apostoli I. ad Timotheum. 2. v. 12. ubi, mulieri, inquit, docere non permittit, nec dominari in virum; ut ad eò non ordinari permittatur fœmina: cum per Ordines Potestas docendi in Ecclesia 26. & dominandi in viros acquiratur. Deducitur III. ex constanti & continua observatione Ecclesie, quæ hæctenus nullam mulierem ad Ordines admittit: quod signum non modicum est, mulieres Ordinum planè incapaces esse. Deducitur IV. ex ratione: quia Sacramentum Ordinis est signum practicum, nec tantum productionem alicujus effectus denotat, sed etiam significationem gradus & superioritatis includit. Cum ergo in fœminis non possit reperiri gradus & superioritas, præsertim in muneribus & officiis Ecclesiasticis, juxta textum in *cap. 3. v. 16. Genes. cap. mulier 29. Dist. 23. cap. mulier 20. de Consecrat. Dist. 4.* hinc est, quòd nequeant ad Ordines promoveri.

Nec favet mulieribus I. quòd olim in Diaconissas, Presbyteras, & Episcopas inauguratæ legantur *cap. presbyter 18. Dist. 32. cap. Diaconissas 23. XXVII. quæst. 1.* Nam verum Ordinem, qui rationem Sacramenti & Potestatem Ordinis habebat annexam, adeptæ non erant, sed tantum benedictionem simplicem & deputationem ad inferiora quædam officia, v. g. curam januæ & rerum Ecclesie, instructionem catechumenorum, visitationem mulierum infirmarum &c. quæ & alia officia pensulatiùs examinavit Clericus. de *Sacram. Ord. decif. 31. à n. 25.* Vocabantur etiam Diaconissæ, Presbyteræ, & Episcopæ mulieres Diaconorum, Presbyterorum, & Episcoporum, qui cum earum consensu Ordines sacros assumpsere per text. in *cap. ult. Dist. 32.*

Nec favet mulieribus II. quòd in antiquo & novo testamento prophetia donò fuerint illustres, prout singulariter eà prærogativa ex Ordine D. Benedicti celebres deprædicantur S. Elisabetha Schönangensis, S. Hildegardis, S. Gertrudis, & S. Mechtrildis. Ad hoc enim ex S. Thoma 3. quæst. 39. respondet *cit. Clericatus. decif. 40. n. 9.* quòd prophetia non est Sacramentum, sed DEI donum: unde ibi non exigitur significatio, sed solum res: & quia secundam rem in his, quæ sunt anima, mulier non differt à viro, cum quandoque mulier inveniatur melior, quantum ad animam, multis viris; ideo donum Prophetia potest recipere, sed non Ordinis Sacramentum.

Nec favet mulieribus III. quòd in regione Mengrelia, quæ est antiqua Colchis, à Missiolaris Apostolicis Anno 1614. repertæ sint mulieres, quæ Confessiones Sacramentales exci-

excipiebant, & cætera Sacramenta conferebant, ut refert ex Batalgino Episcopo Nucetino sæpe *cit. Clericatus. d. decif. 40. n. 6.* Nam antiquum jam & verissimum est proverbium, non attendi debere, quid fiat, sed quid faciendum sit. Mulieres illæ Sacramentorum administrationem de facto usurpare, non autem de jure exercere poterant: & ideò non merentur imitationem, sed, si fuerint in errore inculpabili, compassionem; aut, si steterint in 3. pertinacia, indignationem. Affertur quidem præter hæc in favorem mulierum historia de Joanna Papissa. Sed in tract. priori *cap. 1. à n. 651.* jam ostendi, factum illud non inter historias, sed fabulas esse referendum.

Petes: an saltem hermaphroditus ordinari valeat?

Resp. quòd, si sexus masculinus prævaleat, aut saltem æqualis sit, ordinetur validè, non autem licitè. Sylvester Verb. Hermaphroditus, Clericatus. d. decif. 40. n. 12. Salmanticensi. *cit. cap. 5. num. 14. & seqq. P. Wiestner ad tit. de Temporib. Ordinatum. n. 42.* Clariff. P. Schmalzgrueber *ibid. n. 23.* Ratio est: quia, ta-37. meti hermaphroditus in tali conditione pro viro habeatur I. quaritur 10. ff. de S. H. attamen corpore viciatus ac monstrosus esse censetur; & ideò propter irregularitatem licitè non potest ordinari *arg. cap. illicitos 1. Dist. 36.*

§. III.

De Scientia Ordinandorum.

38. **T**ertia qualitas Ordinandorum est Scientia, quæ tamen pro diversitate Ordinis est diversâ. Pro prima Tonfura exigit Concil. Trid. *sess. 23. de ref. cap. 4.* ut Tonfurandus rudimenta fidei edoctus sit, ac legere & scribere sciat. Concordat Rota in *rec. p. 4. tom. 4. decif. 539. num. 8.* Minores Ordines, ex præscripto ejusdem Concilii *d. sess. cap. 11. iis, qui saltem linguam latinam intelligunt, per temporum intervallum, nisi aliud Episcopo magis expedire videatur, conferri debent.* In Subdiaconis & Diaconis memoratum Concilium *cap. 13.* requirit, ut *litteris, & iis, quæ ad Ordinem exercendum pertinent, instructi sint.* Sacerdotes ordinari præcipit idem Concil. *cap. 14. qui ad populorum docendum ea, quæ scire omnibus necessarium est ad salutem, ac administranda Sacramenta, diligenti examine præcedente, idonei comprobantur.* De Episcoporum scientia actum est in *tract. priorè d. cap. 1. num. 200. & seqq.* Cum eo autem, qui caret scientiâ necessariâ, nec Episcopus dispensare potest, nec S. Pontifex: eò quòd carentia scientiæ non solum ex Jure positivo humano, sed etiam ex Jure Divinò, ponat obicem Ordinationi: indignus enim est quòcunque munere, qui nescit ea, quæ ad munus illud, ritè obeundum, sunt necessaria. P. Pirhing ad *tit. de Temp. Ord. num. 14.* P. Schmalzgrueber *ibid. sub num. 28.* Quòd si Pontifex licentiam indulgeat, ut, qui legitimâ scientiâ est destitutus, ordinetur: credendum est, ipsum voluisse, ut ordinatus non utatur Ordine suscepto, donec compe-

temet scientiam acquisiverit. DD. citati. Ad hæc si ordinandus aliquid principium Grammatices habuerit, aut modicum quid sciverit, & simul ostenderit spem majoris scientiæ, in futurum acquirendæ, poterit cum eo dispensare Episcopus ex mente Barbose de *Off. & pot. Episc. alic. 46. num. 13.* Antonallini *tract. de Regim. Ecclesie Episcopi. lib. 2. cap. 4. n. 7.*

Sed utrùm verè sit irregularis, qui sine debita scientia fuit ordinatus, ad eò absque Pontificia dispensatione nequeat Ordinem susceptum exercere, tamen postea scientiam requisitam suò studio & labore comparaverit? Ambigitur. Inter affirmantes & negantes DD. mediam incedunt viam Salmanticensis de *Sacram. Ord. tract. 8. cap. 5. n. 49.* ac irregulare censent, si penitus sit illiteratus, ac profus nihil de lingua latina sciat; secus, si aliquantulum sit instructus in lingua latina. Cum autem irregularitas sit odiosa, nec sine manifesta Juris determinatione statuenda per *cap. is qui 18. de Sentent. excommunicat. in 6.* hinc verius censèo, ordinatum, quantumcunque sit amusus & rudis literatum, non incurere propriè dictam irregularitatem; eò quòd textus & determinatio Juris deficit. Quæ 47. propter tantum improprè & temporaliter est irregularis, quatenus eousque, donec comparaverit scientiam sibi necessariam, non potest in Ordine recepto ministrare. Idque cum Pace Jordan *Elacubratur. div. lib. 3. tit. 6. n. 227.* & P. Pirhing sentire videtur *cit. Clarissimus P. Schmalzgrueber.*

§. IV.

De recta intentione Ordinandorum.

39. **Q**uarta Ordinandorum qualitas est recta intentio: quis enim ex intentione, speciale DEO servitium, juxta præscriptum Ecclesie præstandi, ad Ordines accedere debet *arg. cap. commissa 35. de Elect. in 6.* Qui Ordines suscipit ex alio fine, ac Primam Tonfuram v. g. & Ordines Minores assumit, ut tantummodò capax reddatur beneficij, ac P. SCHMIEER JURISPR. CAN. CIV. TOM. I.

reditibus ex beneficio congregatis, redeat ad sæculum, & uxorem ducat, talis secundum plurimos graviter peccat: quia detorquet Sacramentum ad alium finem, quam fuerit institutum, DEO quæ & Ecclesie turpiter illud. Salmanticensi. *sæpe cit. cap. 5. num. 55.* Clericatus. *cit. decif. 40. n. 29.* Qui autem adultus est, & omnino nullam intentionem, H h h acqui-

nequidem habitalem habet, Ordines assumendi, nec recipit Ordinem: nec enim in novo statu potest aditus homo collocari, quin aliquo modo consentiat per cap. majores 3. §. item quaritur in suo de Baptismo. P. Schmalzgrueber ad tit. de Temporib. Ordinat. sub n. 21.

51 Si per metum gravem & injustum quis ad Ordines suscipiendos cogatur, distinguendum est, an penitus & absolute sit invitus, totaliter interius dissentiendo; vel conditionate solum reluctetur, quatenus non consentiret, si metus abesset. In primo casu non valet Ordinatio; valet tamen in secundo per argumentum, ex baptismo petito, de quo in cit. cap. majores 3. §. item quaritur de Baptismo S. Pontifex Innocent. III. huic in modum distinguit.

§. V.

De ceteris qualitatibus Ordinandorum.

54 Quinta Ordinandorum qualitas est baptismus, antecedenter rite collatus: cum enim baptismus sit janua & fundamentum omnium Sacramentorum cap. per catechismum 2. de Cognat. Spiritu in 6. non potest vel Ordo vel aliud Sacramentum, aut baptismi susceptionem, valide conferri, sed, quod factum est, reiterari debet cap. si quis 1. cap. Apostolice cam 2. de Presby. non baptiz. Sed utrum, qui baptizatus est, attamen de fide Christiana dubitat, aut errore apertum tueret, ac in specie credit, non esse DEUM, valide ordinetur? In casu pratico Pignatell. tom. 8. consil. 131. num. 2. affirmative respondit: quia in baptizato ad valorem Ordinis non fides integra, sed tantum intentio ex num. 50. postulatur; que intentio consistere potest, tamen quis atheus vel apostata fuerit.

55 Sexta qualitas est Confirmatio, quam Ordinandus ante Primam Tonuram acceperit, opus est; non quidem ad validam, sed licitam Ordinationem per text. in Trid. Conc. sess. 23. de ref. cap. 4. An vero sit peccatum, grave vel leve, sine pravitate Confirmatione ad Ordines ascendere? Lis est apud DD. Vid.

P. Schmalzgrueber cit. l. num. 24. Clericatus. Erotem. Ecclesiasti. cap. 128. n. 22. Ratio prioris defumitur ex primum dicitis in num. 50. Ratio posterioris est: quia coacta voluntas est voluntas cap. merito 1. X. quas. 1. nec facit actus, ex coactione positos, irritos, ut dicitur in lib. 3. tract. de Pact.

Equidem in aliud placitum declinare videtur Pignatell. tom. 7. consil. 77. ubi concludit & probat, susceptionem Sacrorum Ordinum, ex metu reverentibus, concurrentibus minis, irritam esse. Sed intelligi potest vel in primo casu; vel etiam in secundo quoad obligationem calitatis, de qua in lib. 4. Et ita resolvit Kota in recens. p. 6. dec. 40. num. 16. & coram Emerix dec. 870. per tot.

Barbosa de Off. & pot. Ep. alleg. 2. num. 15. P. Wiestner ad tit. de Temp. Ord. n. 49.

Septima qualitas est calibatus: nam Ordines sacri non possunt licite conferri personae conjugatae cap. ult. de Temp. Ord. in 6. nisi consentiat uxor, & Religionem intret; aut, si de incontinentia non fuerit suspecta, votum emittat d. cap. ult. cap. cum sis 4. cap. conjugatus 5. cap. uxoratus 8. de Convent. conjugat. aut fateri maritus habeat causam, perpetuum divorcium petendi arg. cap. de illa 6. de Divora Pignatell. tom. 8. consil. 63. n. 13. & seqq.

Octava qualitas est integritas vitae & existimationis: qui enim laborat infamia Juris aut facti; vel delictum enorme, quod depositionem meretur, admittit, nequit, salva conscientia, promoveri ad Ordines cap. infames 17. VI. quas. 1. cap. ex tenore 4. cap. ult. de Temporib. Ordinat.

Ceterum de infamia tradentur 60 plura infra cap. ult. De crimine vero docetur communiter, quod, si occultum sit, non obstat Ordinam susceptioni per textus citatos & cap. ult. de Furi. Barbosa de Off. & pot. Ep. alleg. 43. a num. 13. Antonell. cit. lib. 2. cap. 6. num. 3. & seqq.

SECTIO II.

De Subjectione Ordinandorum, & Literis dimissorias.

SUMMARI A.

61. Ordinandus debet esse subditus Ordinanti. 62. Primus titulus subjectionis est domicilium originis. 63. & seq. Fortuita natiuitas non tribuit originem. 65. & seq. Uti nec origo paternae. 67. Assignatur domicilium illegitimorum. 68. Item paganorum & Judaeorum baptizatorum. 70. Secundus titulus est domicilium habitatioms. 71. & seq. Adducitur Bulla Innocentii XII. 73. Agitur de Regularibus. 74. Tertius titulus est beneficium. 75. Secundum aliquos quodcumque. 76. Sed juxta cit. Constitut. Innocent. requiritur tale, quod sufficit ad congruam sustentationem. 77. Ordinandus ex titulo be-

nesicij debet asserre literas testimoniales ab Episcopo originis & domicilii. 78. Nec sufficit, quod possit habere beneficium; sed 79. Illud actualiter possidere debet. 80. & seq. Dicitur, quid Juris de beneficiis manualibus. 83. Quartus titulus est familiaritas triennalis. 84. Si Episcopus familiaris suo nexu beneficium conferat. 85. Et testimonium habeat ab Episcopo originis & domicilii. 86. & seq. Explicatur, quomodo veniant sub nomine familiarium. 88. Praxis Bulla Innocentiana. 89. & seq. Proponuntur rationes sententiae, qua negat variationem in Ordinum receptione. 92. & seq. Probatur sententia

sentia adversa. 94. & seq. Respondetur ad rationes negantes. 98. & seq. Quando proprius Episcopus ob Ordinationem alieni subditi est notorie suspensus, possunt illius subditi a vicinis Episcopis ordinari. 101. & seq. Sed juxta nonnullas id solum procedit quoad Ordines Majores. 103. & seq. Tractatur de Regularibus. 106. & seq. Ponitur & resolvitur casus de eo, qui nescit domicilium originis aut habitatioms. 108.

Non subditus debet habere literas dimissorias. 109. Has concedit Episcopus proprius. 110. Aliquando ipse Vicarius. 111. & seq. Aliquando Capitulum Sede Vacante. 113. Pralati Regulares illas ad proprium Episcopum concedunt. 114. Late disputatur de Pralati exemptione. 120. & seq. Expromenda in dimissorias. 123. & seq. Duratio talium literarum explicatur.

§. I.

Quibus ex titulis Ordinandus censetur esse subditus Ordinanti?

61 Præter qualitates, in priori sect. expositas, requiritur in Ordinando, ut uno ex titulis, mox adtrahendis, sit Ordinanti subiectus cap. nullus 1. IX. q. 2. cap. ult. de Temporib. Ordinat. 6. Trident. sess. 14. de ref. cap. 2. & sess. 23. cap. 8.

62 Primus autem titulus subjectionis est domicilium originis: ex qua enim diacepsi quis oriundus est, live in qua pater alicujus temporativitatis domicilium habitatioms constitutum habuit, ab illo Diacefano potest ordinari juxta cap. cum nullus 3. in pr. d. 2. in 6. & novissimam constitutionem Innocentii XII. de Anno 1694. quae incipit Speculatoria domus

63 Israel &c. §. ceterum. Ex accidenti si quis nascatur in aliqua diacepsi, occasione nimirum itineris, officii, legationis, mercaturae, vel cujusmodi alterius temporalis morae, seu permanentiae ejus patriae in illo loco, non ejusmodi fortuita natiuitas, sed vera tantum & naturalis patriae origo erit attendenda, prout in formalibus statuitur in d. constit. Innocentii XII. §. ceterum &c. nam, ut dicemus in lib. seq. tr. 1. fortuita natiuitas ne quidem fo-

64 rum in causis judicialibus tribuit. Interim, si quis tantis temporis spatio in eo loco, ubi ex accidenti natus est, moram traxerit, ut poterit ibidem Canonice aliquid impedimento irretiri, tunc etiam ab Ordinario ejus loci literas testimoniales obtinere, illasque Episcopo Ordinanti, per eum in collatione Ordinam testimonio similiter recensendas, praesentare tenetur; sicut in cit. Bulla in verb. sequens est expressum.

65 Aliqui concedunt, filium etiam in loco originis paternae, atque adeo in diacepsi, in qua natus est ipse pater, ordinari posse: quia nimirum domicilium originis paternae censetur etiam domicilium filii l. assumptio 6. §. 1. ff. ad Municipali. Barbosa de Off. & pot. Episc. alleg. 4. n. 18. Pro qua doctrina affertur Declaratio Cardinalium de Anno 1599. & 1628. ab Antonello de Regim. Eccles. Episc. lib. 2. cap. 1.

66 §. 1. n. 5. Sed manifeste contradicit cit. constitutio Innocentiana §. ceterum in verbis: si pater in alieno loco, ubi ejus filius natus est, eandem, ac eò animo permanferit, ut inibi vere domicilium de Jure contraxerit, tunc non origo patriae, sed domicilium per patrem legitime, ut praesertim, contra P. Reiffenstuel ad tit. de Temporib. Ordinat. n. 90.

67 In liberis illegitimis, cum patre legitimo careant, spectatur domicilium aut origo ma-

tris l. municipem 2. §. 2. l. ejus qui 9. ff. ad Municipali. Barbosa cit. l. n. 15. In expositis consideratur locus natiuitatis vel expositioms arg. l. municipem 3. in pr. ff. d. 2. Antonell. cit. l. n. 6. In paganis & Judaeis, ad fidem convertis, lo-69 cus baptismi, per quem spiritualiter regenerantur, attenditur. Magnif. D. P. König ad tit. de Temporib. Ordinat. num. 21. Clarif. P. Wiestner ibid. n. 59. Clarif. P. Schmalzgr. ibid. sub n. 38.

Secundus titulus subjectionis est domicilium habitatioms: nam, ubi quis habitat, animò ibidem perpetuo manendi, nisi quid avocet, & ab Episcopo illius loci potest Ordines suscipere, tamen sit alibi natus d. cap. cum nullus 3. de Temporib. Ordinat. in 6. Ubi tamen singulariter expendi velim citata Constitutio Innocentii §. ceterum tenorem, qui sic sonat: subditus autem ratione domicilii, ad effectum suscipiendi Ordines, is duntaxat censetur, qui, licet alibi natus fuerit, illud tamen adeo stabiliter constituerit in aliquo loco, ut vel per decennium saltem in eo habitandò, vel majorem rerum ac bonorum partem, eum instructis edibus in locum hujusmodi transferendò, ibique insuper per aliquod considerabile tempus commorandò, satis superque suum perpetuò ibidem permanentem animum demonstraverit; & nihilominus ulterius in utroque casu se vere & realiter animum hujusmodi habere, iurjurandò assermet. Haec ibi; circa quae paulò alteri discurre solet 72 in materia fori judicialis, veluti patebit ex dicendis in lib. 2. cit. tr. 1. Quod ipsum permul-ti faciunt de loco Ordinationis, ut videtur est apud Reverendiss. & Illustriss. DD. Joannem Sigismundum L. B. de Zeller, Episcopum Bellinensem, Praepositum, & Suffraganeum Erisingenf. Consil. 23. n. 10. qui tamen in fine sapienter monet, ut cit. Bulla consulatur.

Quoad Regulares à Sacra Congregatione, 75 post Barbosam cit. alleg. 4. n. 61. decimum refert Antonell. d. lib. 2. cap. 1. §. 1. num. 15. illos ab Episcopo loci, in quo situm est Monasterium, ordinandos esse, tamen non habeant animum, ibi perpetuo manendi.

Tertius titulus est beneficium, ratione cujus 74 beneficiatus ordinari potest ab Episcopo, cuius Jurisdictioni beneficium subest saepe cit. cap. cum nullus 3. de Temporib. Ordinat. in 6. Et 75 quidem, ut docet cit. Antonellus num. 19. ac cum eo Pignatell. 10. 3. consil. 13. n. 3. nihil interest, sitne beneficium pingue vel tenue: cum etiam, si non ferat ampliores redditus, quam

quam duos aureos, sufficiat, dummodò patrimonium, ad vicium sufficiens, adjungatur: nam si beneficium, ajunt hi Authores, duorum aureorum est sufficiens, ut quis gaudeat privilegio fori, ut resolvit Sacra Congregatio; quare non erit sufficiens, ut quis tanquam

76 subditus ad Ordines promoveatur? Verùm aliud rursus in eadem Bulla Innocentii §. licet verò &c. ordinatum invenio, quòd scilicet nemo subjectionem, ad effectum suscipiendi Ordines, acquirere censetur, nisi beneficium ejus sit redditus, ut ad congruam vitam sustentationem, sive juxta taxam synodalem, sive eà deficiente, juxta morem Regionis pro promovendis ad Sacros Ordines, de v. allis oneribus, per se sufficiat, illudque ab Ordinando pacifice possideatur, sublatà quacunq; facultate suscipiendi, quòd deficiet fructibus ejusdem beneficii cum adjectione patrimonii, etiam pinguis, quòd ipse ordinandus in eadem, sem alia quavis diocesi, ubi

77 nevet. Additur quoque in verbis mox subsequendis: neminem posse ab alio Episcopo, ratione ac titulo cujuscunque beneficii, in illius diocesi obtineri, ad superiores Ordines promoveri, nisi antea eorumdem susceptionem testimoniales literas proprii Episcopi, tam originis quam domicilii, super suis natalibus, etate, moribus, & vita sibi concedi obtinuerit.

78 Porro nec illud satis est, quòd ordinandus statim, ac Ordinis caractere fuerit insignitus, in beneficio possit institui, vel antedecenter ad id presentatus aut nominatus sit; vel beneficium eà lege fundatum, ut ordinetur immediate, post Clericalem characterem susceptum, ad illud instituat, prout in formalibus serè in eadem Bulla ante cit. §. licet

79 verò &c. statuitur. Debetur igitur ordinandus ab Episcopo ex titulo beneficii id ante Ordinationem jam possedisse: exigendus enim non habetur pro cincto, vel subijcitur pro subiecto, priusquam unò ex recensitis titulis actualem subjectionem acceperit.

80 Interim non referre, quale sit beneficium, cum vel absque residentia, sentit cum communi cit. Pignatell. n. 6. nec referre, sitne manuale vel titolare, post Garciam de beneficiis p. 4. cap. 4. n. 3. asserit Clariff. P. Schmalzgrueber ad tit. de Temp. Ordin. n. 41.

81 At Reverendiff. & Illustriff. DD. Baro de Zeller. cit. Consil. 23. num. 8. sola beneficia manualia, quæ habent Religiosi, pro fundanda Ordinariorum subiectione, censet idonea; quòdve idem Religiosi, si mittantur ad alia Monasteria alterius diocesis non exempta, ab Ordina-

### §. II.

An liceat variare, ac diversos Ordines à diversis Episcopis, quibus aliquis est subiectus, recipere?

82 Anonistas id communiter negare, perhibet Clericat. Erotem. Eccles. d. cap. 178. n. 79. Refert nonnullos, & sequitur Antonell. d. lib. 2. cap. 1. n. 2. & 13. Ratio defami potest I. ex cap. cum in distribuendis 12. de Temp. Ordin. ubi, qui semel à S. Pontifice fuit

narius talium Monasteriorum ordinari valeant, habetur in cap. cum nullus 3. §. Religiosi verò de Temp. Ordin. in 6. Imò & Religiosos in Monasteriis exemptis sic ordinari posse, tradit, atque à se ita visum & praticatum esse, testatur cit. Illustriff. scriptor d. n. 8. in fin. De 82 Capellis Laicalibus, etiam in perpetuum concessis, dubitari posset, an sufficiant ad stabilendam Jurisdictionem Episcopi ordinantis? Sed, quia non sunt beneficia Ecclesiastica, ut notat Lotter de re benef. lib. 1. n. 19. negativam pro certa tenent Passerinus ad cit. cap. n. 66. & Monacell. in appendice ad formul. leg. part. pag. m. 464. n. 6.

Quartus titulus est familiaritatis: siquidem 83 Episcopus familiarem suum, ceteroquin non subditum, quem per integrum & completum triennium in suo actuali servitio secum retinuit, ac suis sumptibus aluit, ordinare potest, si duo concurrant. Primum est, ut Episcopus 84 eundem beneficium, quod ad vitam sustentandam sufficiat, quacunq; fraude cessante, statim hoc est, saltem intra terminum unius mensis à die factæ Ordinationis, reipsa conferat. Alterum, ut familiaris literas testimoniales super natalibus, etate, moribus, & vita sibi exhibeat. Ita Trid. sess. 23. de ref. cap. 9. & Bulla Innocentiana §. ad hoc nullus &c. Conferat Pax Jordan Div. elucubr. lib. 3. tit. 6. à num. 157. Clericat. Erotemas. Ecclesiast. cap. 128. n. 84.

Nomine familiarium autem non solum in 86 intelliguntur, qui immediate serviant Episcopo, sed etiam, qui famulantur familiaribus & ministris Episcopi, simulque in adibus Episcopalibus commorantur, & aluntur, ut tradunt Clericat. d. l. n. 85. & Antonell. de Reg. Eccles. Episcop. lib. 2. cap. 1. n. 25. Excluduntur 87 e contra familiares Episcoporum Titularium, quorum Ecclesie in partibus infidelium existunt: his enim in Trident. Concil. sess. 14. de ref. cap. 2. aperte prohibetur, ne ordinent subditum alterius, etiam sub pretextu familiaritatis aut continuæ commensalitatatis, absque consensu Prælati proprii. P. Reiffenstuel ad cit. de Temp. Ordin. n. 103.

Si curiosius indages: cur Bullam Innocentii 88 XII. tam crebrò allegaverim? In promptu responso est: quia, ut certissimè comper- tum habeo, in hac Archi-Diœcesi Salisburgensi recepta, atque ad Suffraganeos Cellistimi DD. Archi-Episcopi est transmissa, teste P. Krimer ad tit. de Temp. Ordin. n. 2124.

ordinatus, sine Diœcesis licentia non potest ab alio Episcopo ordinari. II. ex l. apud 90 Augustinum 20. ff. de Opt. vel elect. leg. ubi innuitur, electione vel optione unius rei ex pluribus semel facta, jus omne consumi. III. ex pax 91 ritate Jurisdictionis, quæ, si pluribus compe-

tat, & ab uno semel præoccupata fuerit, respectu ceterorum expirat per cap. propofissis 19. de Foro comper.

92 His tamen non attentis, variationem quam optimè permittunt Reverendiff. & Illustriff. DD. Baro de Zeller consil. 6. num. 84. Zypeus Consult. Canon. lib. 1. tit. de et. & qual. & Ord. consil. 3. Pignatell. 10. 1. consil. 38. num. 7. Clericat. d. n. 79. Wiestner ad tit. de Temp. Ordin. num. 69. Clariff. P. Schmalzgrueber ibid. n. 29. Sic enim à Sacra Congregatione de die 20. Maij 1594. & de die 27. Februarii 1666.

93 ut narrat cit. Pignatell. definitum est. Ratio petitur ex cap. cum nullus 3. d. l. in 6. ubi cum ordinando detur arbitrium & facultas, Ordines à quolibet Episcopo, cui unò ex adductis titulis est subiectus, recipiendi: confectionem est, hanc facultatem non tolli, quando Ordines, sive Majores, sive Minores, ab uno Episcopo sunt recepti.

94 Nec obstat oppositio. Ad I. Resp. in honorem & reverentiam Summi Pontificis decretum esse, ut, qui semel ab ipso fuit ordina-

tus, ab alio, citra speciale illius licentiam, non ordinetur: quemadmodum in venerationem Episcopi in cap. ult. de Consecrat. Dist. 2. constitutum legitur, ut nullus eà die celebret in Altari, in quo celebravit Episcopus.

Ad II. Resp. electione facta jus omne consumi, non absolute, sed tantum respectu illius rei, quæ jam fuit electa; salvò manente eligendi jure quoad ceteras res, necdum exhibitas & electas l. scyphi electione 4. ff. de Opt. vel elect. leg.

Cum itaque unus Ordo sit discretus & diversus ab altero, is, qui elegit unum, non prohibetur alterum eligere: quippe cum electio tantum sit precepta quoad Ordinem electum, non autem quoad eligendum.

Ad III. Resp. sicut ei, qui plures habet 97 Judices, manet integrum, electò in una causa Judge in alia causa Judicem alium adire: ita ordinando, qui pluribus Episcopis est subiectus, manet liberum, aditò quoad unum Ordinem Episcopò, postmodum quoad alios Ordines alium accedere.

### §. III.

Utrum aliquando liceat, alienum subditum ordinare?

98 Regula, quæ prohibet, ne quis alienum subditum ordinet, exceptus est I. casus, quòd Episcopus proprius ab Ordinationem alieni subditi censuram suspensionis incurrit: hæc enim suspensio, si manifesta sit, facit, ut subditi, sine ulteriori licentia, Ordines ab aliis vicinis Episcopis recipere possint secundum cap. qui 2. de Temp. Ordin. in 6. ubi Passerinus n. 30. & seqq. An autè hæc suspensio sit manifesta per evidentiam facti, vel notorietatem Juris? Non interest: quamquam sit admodum difficile, ut manifesta fiat per evidentiam facti, dum suspensio illa incurritur propter Ordinationem alieni subditi, non habentis licentiam ab Ordinario proprio; quæ carentia licentia, veluti metanegatio, tam facile non potest innotescere, ut rectè notavit Passerinus cit. cap. eos qui n. 29.

100 Dixi: ab aliis vicinis Episcopis. Quòd nomine comprehenditur quidem Archi-Episcopus, quando vicinus est; excluditur autem omnis alius, qui à diœcesi Episcopi suspensio remotius distat, & hoc idè: quia per Episcopos vicinos facilius & melius qualitates & mores Ordinandorum cognosci valent. Passer. d. l. n. 30.

Hanc ipsam tamen exceptionem Clariff. P. Schmalzgrueber ad tit. de Temp. Ordin. n. 42. limitat ad Ordines, Majores & Minores, Primamque Tonsuram removet: eò quòd cit. cap. eos qui loquatur de Clericis, ad Ordines promovendis; adeoque supponat, ordinandum jam esse Clericum, & Primam Tonsuram initiatum. Cujus ulterior ratio est: quia nõ apparet tanta necessitas in Laicis, nunquam ordinatis, quanta in Clericis, ad Ordines Superiores aspirantibus.

II. exceptus est casus, quòd privilegio quis 103 gaudet, à quolibet Episcopo Ordines recipiendi: quale privilegium Societati JESU à Gregorio XIII. concessum esse, cum Antonello de Regim. Eccles. Episcop. lib. 2. cap. 1. num. 16. memorat cit. P. Schmalzgrueber. Ceteri Regulares Ordinum exemptorum, ab 104 Episcopo diœcesis, in qua illud Monasterium est situm; vel à viciniore, si locus sit nullius diœcesis, ordinari debent; nisi Episcopus diœcesanus non habeat Ordinationem: in qua circumstantia licet Abbati vel Superiori Regulari concedere dimissorias ad quemcumque alium Episcopum; itaque in hac diœcesi servari, docet P. Engel ad tit. de Temp. Ordin. n. 33. conformiter mandato Clementis VIII. relato à Tamburino de Jure Abbat. 10. 2. disp. 2. q. 25. n. 3. Card. de Luca in annos. ad Concil. Tridentin. disc. 14. n. 17. & seq.

Causus autem dubius videtur, quem P. Go- 106 bat Theol. experiment. 11. 8. num. 286. refert de aliquo, qui natus est in Gallia, patre milite, nec, cum parentes jam mortui fuerint, nullibique certum domicilium fixerint, scit, in qua civitate vel Episcopatu sit natus. Ve- 107 rum cit. Gobat d. l. num. 288. judicat, talem à nullo ordinario licitè ordinare posse. sed à Sede Apostolica impetrare debere facultatem, aliquem Ordinatorem eligendi: quandoquidem ex mente S. Congregationis illi, qui nati sunt in loco nullius diœcesis, possunt à nullo Ordinario promoveri. Similem casum ponit Card. de Luca in annos. ad Concil. Trident. cit. disc. 14. n. 14. de eo, qui natus est in diœcesi, ab infidelibus occupatà, vel ab hæreticis possessà.

## §. IV.

An & quando possit alienus subditus cum literis dimissoriis ordinari?

- 108 **Q**ui subditus non est, extra casus exceptos, debet habere literas dimissorias, (quas aliqui *reverendus* vocant) ab Ordinario proprio, ut ab alio licite ordinetur; quæ quidem literæ, extra casum in *cap. sape contingit 1. de Temporib. Ordin. in 6.* quod Episcopi Italiae aliquem ultramontanum ordinare volunt, non sunt necessariae, quando de Episcopi proprii licentia aliunde constat, ut innuitur in Tridentin. *sess. 14. de Reformat. cap. 2.* & docet Pignatell. *l. 2. consulti. 66. n. 21.* Ordinariæ tamen concedi solent. Sed hic
- 109 **Q**uæritur I. quis possit literas dimissorias concedere?
- In hac quæstione certum est I. præter S. Pontificem literas dimissorias concedi ab Ordinario proprio, qui talis est ex titulo originis, domicilii, vel beneficii, vel etiam familiaritatis per *cap. cum nullus 3. de Temporib. Ordin. in 6.* P. Reiffenstuel ad *encl. tit. n. 119.* licet quoad familiaritatem aliqui dissentiant apud Reverendiss. & Illustriss. DD. Baronem de Zeller *concil. 6. n. 11.* Certum est II. Vicario Generali potestatem concedendi literas dimissorias non competere *d. cap. cum nullus 3. de Temporib. Ordin. in 6.* Nisi speciale mandatum habeat ab Episcopo; vel iste delegat in remotis *d. cap. inferiores*, id est, extra diæcesin commoretur *arg. cap. coram dilecto 35. de Electionib. Vid. Pax Jordan Elucubrat. divers. lib. 3. tit. 6. n. 130.* Pignatell. *l. 10. consulti. 158. n. 13. & seq.* Certum est III. Capitulo, Sede vacante, olim licuisse literas dimissorias concedere *d. cap. cum nullus 3. inferiores*: hanc verò licentiam fuisse à Tridentin. *sess. 7. de reformat. cap. 10.* restrictam ad solum casum, quò ordinandus est arctatus vel ratione beneficii recepti, quia scilicet exigit certum Ordinem v.g. Sacerdotium, intra spatium annale recipiendum; vel ratione beneficii, primùm recipiendi, quò in actuali collatione certum Ordinem ex parte subjecti requirit. Idem est, si quis speret beneficium, ac nullus adhuc Ordines, quin nec Primam Tonfuram, habeat: talis etenim arctatus est ratione beneficii recipiendi, utpote cùm illius sit incapax, nisi vel Ordinibus, vel saltem Tonfura fuerit insignitus. Pignatell. *d. l. 1. n. 4.*
- 113 **R**eiffenstuel *cit. l. n. 123.* Certum est IV. Prælatos Regulares suis subditis Regularibus literas dimissorias ad Diæcesanum proprium dare posse & debere *sæpe cit. cap. cum nullus 3. de Temporib. Ord. in 6.* Tridentin. *sess. 23. de ref. cap. 3.* Nec dubium est, quin possint easdem dimissorias ad alium Episcopum concedere, si, ut dictum in *n. 103.* ab Episcopo quocunque ex privilegio valeant ordinari; Pax Jordan *d. l. n. 145. & n. 150.* aut Episcopus proprius Ordinationem non habeat ex decreto S. Congregat. Concilii die 15. Martii 1596. quod refert Mathæuccin *Officiali Cur. regni. cap. 20. n. 6.*
- Incertum autem & ambiguum est: utrum 114 aliqui Prælati, seu Regulares, seu Seculares, Episcopi inferiores, suis subditis Secularibus, in quos Jurisdictionem quasi-Episcopalem exercent, dimissorias concedere valeant ad quemvis Episcopum? Ratio dubitandi præcipua movetur ex Concilio Tridentin. *sess. 23. de Ref. cap. 10.* ubi cavetur: *nec ipsi Abbates, & alii exempti, aut Collegia vel Capitula quocunque, etiam Ecclesiarum Cathedralium, literas dimissorias aliquibus Clericis Secularibus, ut ab aliis ordinentur, concedant.* Accedunt variae Declarationes Cardinalium, quas assert Pignatell. *l. 8. consulti. 59. à n. 27.* quarum tenore persuasus, cum Fagnano ad *cap. significasti de Off. Archiepiscop. à num. 12.* censet, non licere qualicunque Prælato, qualemcunque Jurisdictionem exercenti, post Trident. Concil. dimissorias concedere. Invenio tamen 116 Doctores alios, magni nominis & auctoritatis, Barbosam *f. E. U. lib. 1. cap. 33. num. 62.* Clericatum de *Sacram. Ord. decis. 15. à n. 41.* Illustriss. & Reverendiss. DD. Baronem de Zeller *Consil. 6. n. 7.* aliósque, vi his citatos, qui eisdem non dissentunt, vi solius Jurisdictionis quasi-Episcopalis non competere Prælati, Episcopo inferioribus, esto nullius diæcesis esse dicantur, facultatem, dimissorias largiendi; affirmant autem & propugnant hanc facultatem in Prælati, qui habent proprium & separatam territorium, cum omni Jurisdictione, & exclusione Episcopi, etiam quoad actus, ad Potestatem Ordinis spectantes. Siquidem Concilium Tridentin. 118 detulit de talibus Prælati nihil dispositum videtur, dum in *cit. cap.* in verbis mox sequentibus ait: *sed horum omnium Ordinatio ad Episcopos, intra quorum diæcesis fines existunt, pertinet:* adeoque supponit, Prælatum ejusmodi non habere territorium penitus separatam, sed intra fines alterius Episcopatus existere. Ad 119 ducentur etiam pro hac opinione tam Cardinalium Declarationes, quam S. Roræ Decisiones, præsertim in una Avellina Jurisdictionis 4. Julii 1646. coram Eminentiss. Card. Octobono, qui postea fuit creatus Pontifex Alexander VIII.
- Incertum quoque & ambiguum est: utrum 120 Archi-Episcopus subditis suffraganeorum suorum non possit literas dimissorias imperiri, casu quò à propriis Episcopis ab Ordine repulsi ad Archi-Episcopum appellarent? Pignatell. *l. 10. consulti. 336. n. 1.* negativam intrepidè complectitur. Argumentum petit ex Concilio Tridentin. *sess. 14. de ref. cap. 1. libi: nulla contra ipsius (Episcopi) voluntatem concessa licentia de se promovendo etc. suffragetur.* Confirmationem facit ex declaratione S. Congregationis, eod. n. citatâ.
- Quæritur II. quid exprimentum sit in li- 121 teris dimissoriis?

Relp.

An & quando possit alienus subditus cum literis dimissoriis ordinari? 431

- Resp. exprimentum esse nomen concedentis; nomen ordinandi; numerum & qualitatem Ordinum, non-subdito conferendorum; item nomen Episcopi ordinantis, nisi generaliter detur licentia Ordines suscipiendi à quocunque Antistite, ritè & canonice promoti, ac gratiam & communionem sedis Apostolicæ obinente. P. Reiffenstuel ad *tit. de Temp. Ordin. n. 114.* Præterea de Jure Concil. Trident. *sess. 23. de Ref. cap. 3.* debet examinem præmitti; si tamen ordinandus sit abiens, nec possit Episcopum proprium absque notabili incommodo accedere, potest examinem Episcopo ordinaturo delegari, sicut pluries practicipi consuevit, & decium esse, refert Barb. de *Off. & pot. Episcop. alleg. 7. n. 29.*
- Similiter ex eodem Concil. *sess. 7. de Ref. cap. 123.* 11. deberet in literis exprimi causa rationalis. Pignatell. *d. l. 10. consulti. 158. n. 3. & seq.* licet hoc de consuetudine non observetur. Gobat *rr. 8. n. 575.*
- Quæritur III. quàm diu literæ dimissoriæ 124 vigorem suum retineant?
- Resp. eas tam diu durare, donec à concedente vel ejus successore revocentur. Barbosâ *cit. l. n. 23.* Pignatell. *d. l. n. 49.* Pithing ad *tit. de Tempor. Ord. n. 67.* Reiffenstuel *ibid. n. 139.* quia concessio dimissorialium habet qualitatem & naturam gratiæ, quæ, nisi revocata fuerit à concedente vel ejus successore, vigorem semper retinet per *cap. si super 9. de Offic. deleg. in 6. cap. de dec. 6. de R. J. eod. in 6.*

## SECTIO III.

De Titulo, ad Ordines requisitò.

## SUMMARIÀ.

125. & seqq. Ad Ordinationem requiritur titulus. 128. Intellegendò Majores, non autem Minores. 129. Primus titulus sumitur ex beneficio. 130. & seq. Quod debet esse perpetuum. 132. & seq. Sufficere ad beneficium sustentationem. 136. & seq. Et actu possideri. 138. Alter titulus est patrimonium. 139. Hujus summaria requisita. 140. Non sufficit nuda promissio de alterius sustentatione. 141. & seq. Nec sufficit spes hereditatis paterna. 145. Nec inducitur persona. 146. & seq. Nec bona mobilia. 148. Nec immobilia, non tamen stabilia. 149. Tertius titulus est titulus mensæ. 150. & seq. Qui diversimodè concipitur. 152. Aprivatis non potest concedi sine hypotheca. 153. Bene tamen à communiatibus. 154. & seq. Si consentiant, qui aliis communiatibus obligare valent. 156. Causa. 157. Quartus titulus est paupertas seu professio Religiosa. 158. & seq. Si valide fuerit emissâ. 162. & seq. Speciale Jus Religiosorum ex Societate Jesu quoad titulum Ordinationis.

## §. I.

De Titulo Beneficii.

- 125 **E**X parte promovendorum ad SS. Ordines ultra subjectionem aut literas dimissorias necessarius est titulus sustentationis, seu causa vel medium, ad Clericum ordinatum honestè sustentandum, conducent *cap. neminem 1. cap. Sanctorum 2. Dist. 70. cap. non liceat 2. de Præbend. Trid. sess. 21. de Ref. cap. 2.* Fusè & egregiè Clericatus de *Sacram. Ord. decis. 28. à 26 num. 1.* Cùm enim non deceat, ut Clerici post promotionem ad SS. Ordines aut cum dedecore status Clericalis stipem colligant, aut sordidum aliquod officium vel quæstum exerceant *cap. Diaconi sunt 21. §. mendicæ. Dist. 93.* omninò convenit, ut sine titulo sustentationis non promoventur. Et idè, si Episcopus de facto Clericum in Majoribus sine titulo ordinare præsumat, tam diu eidem necessaria subministrare tenetur, usque dum beneficium, unde perpetuum alimoniam haurire queat, acquirat *cap. Episcopus 4. de Præb. 128.* Dixi: ad SS. Ordines. Ad minores enim titulus præviè non requiritur: cùm Clericus in Minoribus neque ad sæculum redire, neque munus aliud, Clericis Majoribus cæterorum indecens, exercere prohibeatur. P. Engel ad *tit. de Estate & qual. præsidenti. n. 11.* P. Reiffenstuel ad *tit. de Temporib. Ordin. n. 70.*
- Primus autem titulus est beneficium, de quo 129 Trid. synodus *cit. loc.* ita disponit: *ne quis deinceps Clericus Sacularis, quavis aliàs sit idoneus moribus, scientiâ, & aetate, ad Sacros Ordines promoveatur, nisi prius legitime constet, eum beneficium Ecclesiasticum, quod sibi ad vitam honestum sufficiat, pacificè possidere.* Ex qua dispositione 130 ad titulum beneficii requiritur I. ut sit perpetuum: nisi enim Clericus perpetuum jus ad alimenta consequatur, dici non potest, quòd beneficium ad vitam honestum sufficiat. Pax Jordan *Elucubrat. divers. lib. 3. tit. 6. num. 308.* Clericat. *cit. l. n. 14.* Quâ ratione nec beneficium manuale, nec coadjutoria, commenda, vicaria, vel pensio temporalis sufficit. P. König ad *tit. de Temporib. Ord. n. 29.* P. Wiestner *num. 77.* Antonell. de *Regim. Eccles. Episcop. lib. 2. cap. 2. n. 1.*
- II. requiritur, ut sit Ecclesiasticum: nam 131 Capellania laicalis, quia beneficii Ecclesiastici naturam & proprietatem, ob defectum institutionis vel approbationis Episcopalis non habet, ut notatum erat in *num. 82.* titulum beneficii conferre nequit. Monacelli in *append. ad formul. legat. pract. pag. m. 463. n. 1. & seqq.*
- III. requiritur, ut honestè & decentè sustentationi pro Clerico sit accommodatum. 132

Qua

Qua in re, ex iudicio Jordani *cit. l. n. 296. & seqq.* nihil interest, an Clericus sit communis & inferioris fortis ac conditionis, an verò sit Nobilis aut Graduatus. At quia honesta sustentationem non constituit in indivisibili, sed major quantitas pro famulatu, hospitalitate, vestitu & similibus est necessaria respectu Clerici Nobilis aut Graduati, quam respectu alterius ex tribu communi: hinc ad qualitatem Clerici quoad sustentationis quantitatem reflectendum esse, existimant Salmanticens. de *Sacram. Ord. tract. 8. cap. 6. n. 67. Pignatell. 10. 9. Consult. 168. num. 33. Clericat. cit. decis. 28. 134 num. 15.* Coadjutoria quoque, tamen perpetua sit, non censetur esse beneficium sufficiens, nisi Coadjutori jus actuale tribuat ad alimenta. Antonell. *cit. l. n. 26. Wiestner d. 135 num. 77.* Quodsi fructus beneficii, juncto patrimonio, ad congruam sustentationem

conducant, titulum pronuntiat appositum Clariss. P. Schmalzgrueber ad *rit. de Temp. Ordin. num. 53.* sicque à Sacra Congreg. declaratum ait Clericat. *d. l. n. 18.*

IV. requiritur, ut beneficium sit actu & patrimonium possessum. Unde excluditur tam beneficium religiosum (præterquam si lis concerneret solummodò prædium aliquod particulare beneficium, alioquin pacificè jam possessum. Pax Jordan *d. cit. 6. n. 305.*) quam beneficium, ad quod aliquis, necdum secutà institutionem vel confirmationem, nominatus, præsentatus, aut electus est. Barbosa de *Off. & pot. Episc. alleg. 19. n. 28.* Interim nil obstat, quò minus Clericus ordinari possit Subdiaconus vel Diaconus, etiam si fructus beneficii post Sacerdotium primum acquirit. Antonell. *cit. cap. 2. num. 10. Gobat cit. loc. n. 633. Barbosa allegat. 19. n. 29.*

## §. II.

## De Titulo Patrimonii.

138 Secundus titulus sustentationis est Patrimonium, de quo Trid. Concil. *cit. sess. 21. de res. cap. 2.* ita differit: *Patrimonium vel pensionem obviemem ordinari posthac non possunt, nisi illi, quos Episcopus judicaverit assumendos pro necessitate vel commoditate Ecclesiarum suarum: eò quoque prius per se, patrimonium illud vel pensionem verè ab illis obtrivi, quæque à se alienare vel abdicare non valeant, nisi aliunde ostendant, se habere, unde vivere possint.*

139 Patrimonium itaque ipsius ordinandi vicem tituli subit, quando sequentia concurrunt, quòd nempe sufficiat honestæ sustentationi (qualis est, ex usu apud nos recepto, capitale loco imperialium, ut testatur P. Engel ad *rit. de Elem. qual. & Ord. num. 22.*) quòd verò obtineatur seu possideatur ab ordinando; quòdve nequeat alienari vel abdicari. Unde

140 Deducitur I. obligationem, quâ Patronus vel amicus spondet, se ordinando quoad vitium & vestitum omnia subministraturum, non haberi pro titulo patrimonii: nec enim patrimonium habere vel possidere censetur, qui vivit ex gratia & liberalitate alterius. Pax Jordan *cit. Elencubr. divers. lib. 3. tit. 6. n. 336. Gobat Theol. experiment. tract. 8. n. 514. Monacelli in append. ad formulare legale præf. pag. m. 464. n. 8. & seqq.*

141 Deducitur II. filium ad titulum hereditatis paternæ ordinari non posse. Quamquam enim filius habeat jus suitatis, ratione cuius jam censetur hæres bonorum paternorum in vita, & post mortem non tam in alienum quam suum patrimonium succedere dicatur *§. sui autem 2. Instit. de Hæred. qualis. & differ.*

142 Quia tamen hæc solum procedunt fictione juris; resque non parum incerta & lubrica est, spem unicam fundare in bonis, quæ pendent ex libera patris dispositione, ac persæpe dilapidantur, aut alienantur: hinc ad mentem Concilii Trid. quòd requirit veram patrimonii

possessionem, titulum hereditatis paternæ, necdum delatæ, ad Ordinationem non conducit. P. Engel ad *rit. de Elem. & qual. præficiend. n. 23. Schmalzgrueber ad rit. de Temp. Ordin. sub n. 56.* Nihilominus prior ex his Authoribus in *num. 24.* cum Barbosa de *Off. & pot. Ep. alleg. 19. n. 63.* existimat, quòd, sicut pater teneat filio vel filia, profanas nuptias celebraturis, donationem propter nuptias aut dotem constituere *l. ut. Cod. de Dot. promiss. sic teneatur filio vel filia, spirituales nuptias per Sacram professionem aut Ordinationem inturus, similem largitatem exhibere. Posterior autem cum P. Pirhing ad cit. tit. n. 74-144 asseverat, quòd ex consuetudine quarundam provinciarum promissio sustentationis, quam pater nobilis aut unus ex Magnatibus authentice facit, pro titulo patrimonii agnoscat.*

Deducitur III. neminem ordinari posse, tamen speret, se ex propria industria, labore, vel officio, musica, Cathedra (nisi Professores, etiam impotentes ad functiones Scholasticas, suum stipendium accipiant) honestè victurum: cum senium, infirmitas, & alia multa possint accidere, quæ fructus industriae, laboris, vel officii &c. impediunt. Itaque declaravit Congregatio Concilii, quam attingit Gobat *cit. rit. 8. n. 626.*

Deducitur IV. bona mobilia, hæc ipsò, quòd moveri & amoveri possint, pro congruo patrimonio non reputari, sed in mobilia, ac stabilia, nec non frugifera, vel saltem immobilibus æquipollentia, v. g. census annuos, desiderari, sicuti respondit S. Congregatio apud Antonellum de *Reg. Eccles. Episcop. lib. 2. cap. 2. num. 20.* Si autem census annuus esset redimibilis, tunc cavere debet Episcopus, ut in casu redemptionis fors capitalis quantocyus in alium locum collocetur, per ea, quæ tradit *cit. Antonell. n. 21.*

Deducitur V. bona etiam immobilia, non tamen

tamen stabilia, sed à possessore auferibilia, puta, quòd hypothecà vel fideicommissò (cujus dies ante possessoris mortem cederet & veniet) onerata sint, propter periculum defa-

cturæ quondam alimonie, non fundare titulum requisiti patrimonii. P. Wiestner ad *rit. de Temp. Ordin. num. 80. P. Schmalzgrueber ibid. sub n. 55.*

## §. III.

## De Titulo Mensæ.

149 Tertius titulus sustentationis simpliciter vocatur *titulus mensæ*, qui suam originem non habet ex Jure scripto, sed ex Jure consuetudinario Germaniæ: solent enim solum Principes, Comites, & alii Domini Territoriales, sed etiam Communitates, tam sacræ quam profanæ, ordinandas, si beneficium careant & patrimonio, per literas se obligare, quòd ipsis honesta alimenta præstare velint, vel in casum, quòd propter senium aut agritudinem non amplius se ipsos alere possunt; vel etiam in casum, quòd neque beneficium, neque patrimonium alimenta sufficientia præstabit.

150 Unde literarum tenor graviter inspiciendus erit; nec poterit Patronus tituli obligari ad Clericum adhuc sanum & vegetum, in defectum tituli vel beneficii, alendum, si titulus ad solum casum senii vel agritudinis fuerit restrictus: quippe cum obligatio nequeat extendi ultra limites intentionis. P. Engel ad *rit. de Elem. qual. & Ord. præficiend. n. 15.* Sin autem titulus in generalibus terminis sit indultus, Patronus ad alendum Clericum obligari, tradit idem P. Engel; nisi ex Missarum stipendiis, aut alio honesto labore vel officio, Clericum non dedecere, alimenta sibi comparare valeat: tunc enim non magis Patronus suum alumnum, quam pater filium, qui seipsum alere potest, sustentare teneatur per *l. si quis 5. §. 7. ff. de Agrosced. & alend. liber.*

152 Dixi: titulum mensæ à Dominis Territorialibus & communitatibus concedi solere: à privatis non aliter concedi potest, quam sub obligatione realè & hypotheca bonorum immobilium: cum obligatio personalis cum persona expiraret, nec hæredem afficiat, nisi cum re-

spectu ad bona hereditaria, quæ quandoque nulla vel tenuia sunt. Econtra in Com. munitatibus & Dominis Territorialibus satis prospectum creditur per cautionem personalem, utpote cum media ipsis nunquam deficiant, Clericum titularem alendum. P. Engel *cit. l. n. 17. P. Pirhing ad rit. de Temp. Ordin. n. 73. P. Wiestner ib. n. 88. P. Schmalzgrueber num. 57.* Quoad Communitates tamen attendendum erit, ut, si Ecclesiastica sit, adhibeatur consensus Capituli; & si laicalis sit, ipsa Communitas, major pars, aut illi, qui repræsentant Communitatem, consentiant, uti cum P. Engel *cit. l. num. 18. & seq.* tradunt Authores, mox commendati. Cuius ratio est: quia nec Prelatus potest obligare successorem suum in Prælatura sine consensu Capituli *cap. quod quisdam 4. de Fideiussor. cap. ad hoc 1. cap. si quorundam 2. de Solutio. nec Communitas alia potest obligari, nisi Communitas ipsa, major pars, vel, qui Communitatem repræsentant, in unum conveniant arg. l. civitas 27. ff. de R. C. prout alibi nempe in *lib. 3. tract. de Pañ. traditur.**

Porò cum usus tituli mensæ, laudabiliter olim propter multitudinem populi & paucitatem beneficiorum introductus, degeneraverit in abusum, dum non tantum Clerici, penes quos spes bona promotionis est, sed sine delectu quicumque absque beneficio & spe beneficii ordinari sunt, qui miseram plerumque vitam & scandalosam agunt (verba sunt P. Engel *d. l. n. 14.*) hinc evenisse credo, ut in multis diæcesibus non tam facillè ad Ordines Majores admittantur, qui solum titulum mensæ possunt exhibere.

## §. IV.

## De Titulo Paupertatis.

157 Quartus titulus, sed solis Regularibus Clericis accommodatus, est titulus *paupertatis*: qui enim Regularum vitam, emisso cum aliis Voto paupertatis, validè profitentur, non indigent aliò titulo ad Ordinationem, quam titulo paupertatis, seu professionis Religiosæ, vi cuius, est dominium rerum temporalium in particulari à se abdicaverint, titulum mensæ & jus ad honestam sustentationem in Monasterio consequuntur. Ita jam olim statutum erat in *cap. neminem 1. Diff. 70.*

158 Dixi tamen: *validè profitentur.* Ut indicarem I. Novitios, qui professionem non emisserunt, ordinari non posse, nisi unum ex 3. primis titulis monstrare queant: nec enim titulo mensæ possunt ante professionem. P. Riffenstuel ad *rit. de Temp. Ord. n. 74.* Ut

indicarem II. professos quoque, sed invalidè, non gaudere titulo paupertatis: quia, quòd nullum est, nullam parit effectum, nullum jus tribuit. Riffenstuel *cit. l. Unde si Regularis sciat, professionem esse nullam, & nihilominus ad Sacros Ordines sub fæcto paupertatis titulo se conferat, incurrit penam ordinariam, quæ in Clericos, sine titulo promotos, est lata. Clericat. de Sacram. Ord. decis. 28. n. 23.* Sin autem per errorem existimet, professionem valere; vel, si sciat, eam non valere, non ausit tamen contradicere propter scandalum: aut metum gravem, à pena simul & culpa excusatur. Clericat. *d. l. n. 34.*

Planè Religiosi Societatis Jesu, quantum post biennalem Novitium emittant Vo-

ta simplicia ac solubilia, tamen ex privilegiis Aposto-